



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 5. Tribunal ad occurrentes controversias rite dijudicandas institutum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

commendavit, in cuius mox demortui Sæcul, XVI.
 locum Antonium Urfinum Gravinæ Du- A. C. 1559.
 cis fratrem sublegit, & triremium præ-
 fecturam Flaminio Urfino commisit. Re-
 tinuit tamen Pontifex e suis Alphonsum
 Cardinalem Caraffam, qui Neapolita-
 nus Cardinalis ab illius Urbis Eccle-
 sia, quam administrabat, appellabatur,
 eratque Filius Marchionis Montisbelli,
 proin Papæ Nepos. Hic Alphonfus,
 decimum octavum ætatis annum haud
 prætergressus erat, nihil tamen habe-
 bat juvenile præter ætatem, de cetero
 senum prudentia eminebat, quapropter
 a Papa in Cardinalem creatus Cameræ
 Apostolicæ administrationem obtinuit,
 ita tamen, ut a viris doctrina, peritia-
 que præstantibus res publicæ administra-
 rentur, cuius rei gratia Pontifex tri-
 bunal constituit, a quo ortam dicunt
 Curiam, quæ nunc Romæ a Consul-
 tatione nomen accepit, ubi commune
 regimen universæ ditionis Ecclesiasticæ
 hodiedum exercetur.

§. V.

*Tribunal ad occurrentes controversias
 rite dijudicandas institutum.*

Præterea summus Pontifex Collegium
 viginti Cardinalium, & inferiorum
 aliquot officialium Palatinorum consti-
 tuit, qui in publico confesso semel per
 singu-

Sæcul. XVI. A. C. 1559. singulas hebdomadas instituto una cum ipso omnes Pontificiæ ditionis controversias cognoscerent, ut hac agendi ratione se æquum, justumque exhiberet, & omnium præteritorum criminum, quæ ejus Nepotes perpetrarunt, culpam ex eorum malitia fuisse commissam ostenderet: cum vero jam octogesimum quartum ætatis annum expleffet, atque adversa premeretur valetudine, ac proin ejusmodi conventibus interesse haud posset, hinc Tranensem, Spoletinum, ac Consiliarium Cardinales delegit, qui ejus vices obirent, & causas summa potestate cognoscerent: insuper edictum proposuit, vi cuius pollicebatur, quod iis, qui Magistratum, ac præfectorum injuria damni aliquid, fraudisve passi fuissent, ex æquo jus redditurus esset.

Denique tanta assiduitate, & vigilantia Ecclesiæ regimini incumbibat, ut nonnullis solemne esset dicere, quod primus Pontificatus sui annus ab ea die numerandus esset, qua Nepotes suos Roma expulsos omni rerum administratione privaverat.

§. VI.

Pontificis studium in restaurando Inquisitionis tribunali.

Onuphrius in Paul. IV. Præterea non sine intimo animi sui dolore percipiebat Pontifex, quod nova